corpe. et a prauis cogitationibus mundemur
in mente. p. **Capitulum i. l. Benedictio et d.**

Col. Ds qui conspici. ut sup. ad iij et v. cap.

Rogamus uos. ut sup. Col. Ds qui co.
ad. vi. et ix. cap et col. R. in prima domini
ca quadagesime. feria. ii. in l. et ad iij col.

Pro qua quod optas deus: ut familia tua que se
affligendo carne ab alimentis absti-
net. sectando iusticiam a culpa ieiunet. p.

Hic est supplicatio. **ad uesperas. Col.**
nibus nris omnipotens ds, et qui

bus fiduciam spande pietatis indulge.
 consuete misericordie tribue benigno
 effectum. *P. FR. III. in lau. y III. coll.*

Perfice q̄s dñe benignus in nobis ob
 seruantię sc̄e subsidium. ut que te
 auctore facienda cognouimus. te ope
 rante impleamus. *P. Aduesp. colla.*

Propiciare dñe supplicationib⁹ nr̄is.
 et animarū nr̄arū medere languo
 rib⁹. ut remissione p̄cepta. de tua sc̄p
 benedictione letemur. *P. FR. III. II. y III.*

Populū tuū domine p̄pici respice.
 et quos ab escis carnalib⁹ p̄cipis
 abstinere. angorū quoq; uicis cessa
 re concede. *P. Aduesperam. coll.*

Dŝ innocentie restitutor et amator.
 dirige ad te tuorū corda seruoꝝ.

ut spē tui feruore concepto. et infide
inueniantur stabiles. et inope efficaces.

Pra *fr. v. i. l. y. iii. coll. p. eidem.*

nobis domine q̄s auxiliū gr̄e tue.
ut ieiuniis et orationib⁹ conuenienter
intenti. liberemur ab hostibus m̄tis

Adesto dñe *ad uesp. col. p. et corp. p.*
famulis tuis. et perpetuam benigni-
tatem largire poscentibus. ut hui⁹ qui
te auctore et gubernatore gloriantur.
et congregata restaures. et restaurata
conserues. *p. fr. vi. i. l. y. ad iiii. coll.*

Oa q̄s om̄ps d̄s. ut sacro nos puri-
ficante ieiunio. sinceris mentib⁹
ad sc̄a uentura facias puenire. *p. ad v.*

va **D**a q̄s dñe n̄ris effectum ieiunio
salutarem. ut castigatio carnis at

~~sumpta. ad nrāy uegetationē transeat~~
~~animarum. p.~~ **Aduesp. coll.**

Da q̄s dñe pp̄lo tuo salutē et corp̄is.
 ut bonis opib⁹ inherendo. tue sep̄
 uirtutis mereat p̄tectione defendi. p.

Ia q̄s dñe nr̄is effectum **Sabb. i. l. y. iii. col.**
 ieiunij salutare. ut castigatio carnis
 assumpta. ad nrāy uegetationē transeat
 animarū. p. **Aduesp. cap.** **E**stote imita
 tores dī sicut filij km̄i. et ambulate in
 dilectione sicut et xp̄c dilexit nos. et
 tradidit semet ip̄m p̄ nobis. oblationē
 et hostiam dō in odorem suauitatis.

Q̄s om̄ps d̄s uota humiliū **collecta.**
 respice. atq; ad defensionem nr̄am
 dexteram tue maiestatis extende. p.

In lau. cap. Benedictio & claritas.

Coll **Q**s om̄ps. Ad iii et ad v. Cap. **Et** te uni.
Ad vi. et ad ix. Cap. y col. x. i. dñi. **FR.** ii. i. l. y iii.

Qordibus nr̄is q̄s dñe benigni infun
de. ut sicut ab escis corp̄alib⁹ absti
nemus. ita sensus quoq; nr̄os a noxi
retrahamus excessib⁹. p. **Ad uesp. coll.**

Subueniat nobis dñe m̄ia tua. ut
ab imminentib⁹ peccator⁹ nr̄oz piculis
te meream⁹ p̄tegente saluari. p. **FR.** iiii. l.

et ad
iii.

Extaudi nos om̄ps et miseri **coll.**
oēs d̄s. et cōtinentie salutaris.

ppici nobis dona concede. p. **Ad v. coll.**

Sua nos dñe p̄tectione defende. et
ab omni semp̄ iniquitate custodi. p.

Pr̄a nobis q̄s dñe. **FR.** iiii. i. l. y iii.
ut salutarib⁹ ieiuniis eruditi. ano
xus quoq; uicis abstinentes. ppiciatio

nem tuam facili impetrem. *p. ad v. coll.*

Concede q̄s om̄ps d̄s. ut p̄tectionis
tue grām querim. et liberati a malis
omnib⁹ secura t̄ mente seruiam. *p.*

Concede q̄s om̄ps d̄s. *fr. v. 11. 7 iii. col.*

ut ieiunioꝝ n̄oꝝ sc̄a deuotio. et
purificatiōē nobis t̄buat. et maiesta
ti tue nos reddat acceptos. *p. ad v. col.*

Subiectū tibi pplm̄ d̄ne q̄s p̄piciatio
celestis amplifiet. et tuis semp
faciat seruire mandatis. *p. fr. vi. 11.*

Ieiunia n̄ra q̄s domine benigno *7 iii. cap.*
fauore p̄sequere. ut sicut ab aliūntis
in corp̄e. ita auiciis ieiunem̄ i mente.

Pra q̄s om̄ps d̄s. *ad uesp. coll. p.*

ut qui in tua p̄tectione confidim⁹.
cuncta nobis adūsantia te adiuuante

uincam. p. **Sabbō in lau. et adiū. col.**

Pra q̄s om̄ps d̄s. ut qui se affligen-
do carne ab alim̄tis abstinent. sec-
tando iusticiam ac culpa ieiunent. p.

Scriptū est qm̄ abraham **adv. capl.**
duos filios habuit. unū de ancilla
et unū de libera. s; qui de ancilla scdm̄
carnē nat⁹ est. qui autē de libera pre-
missiōnē. que sunt p̄ allegoriā dicta.

Concede q̄s om̄ps d̄s. ut qui **colla.**
merito nr̄e actionis affligim̄.

tue gr̄e consolatione respirem. p. **ml.**

caplm. Benedictō et c. ut sup̄. coll. Con-
cede q̄s. ut sup̄. adiū. et ad vesp. cap.

Scriptum ē. **colla. Concede q̄s.**

adv. y ad y. cap et coll. q̄re iis. xl.

Pra q̄s om̄ps d̄s. **fr̄. ii. collecta.**

ut obseruationes factas annua deuotione recolentes. et corpe t̄ placeam̄ et mente. *P. adv. coll. O* ep̄cationē nr̄am q̄s domine benignus graudi. et quib̄ supplicandi p̄as affectum. tri-
bue defensionis auxiliū. *P. fr̄. iii. colla.*

Sacre nobis q̄s domine obseruationē ieiunia. et pie conūsationis augmen-
tū. et tue p̄piciationis continuū p̄stent
auxiliū. *P. adv. coll. M*iserere dñe
p̄plo tuo. et cōtinuis t̄bulationib̄ la-
borantē. p̄pici respurare concede. *P. fr̄. iiii.*

Dñs qui et iustis p̄mia meritorū. *il. viii. coll.*
et peccatorib̄ p̄ ieiuniū ueniā p̄bes.
miserere supplicib̄ tuis. ut reatus nr̄i
confessio. indulgentiam ualeat p̄cipe
delictorū. *P. aduēsp. coll. P*ateant au

res m̄e tue dñe p̄cibus supplicantiū.
et ut petentib⁹ desiderata concedas.
fac eos q̄ tibi sunt placita postulare. p.

P r̄a q̄s om̄ps d̄s: ut quos **FR. V. col.**
ieiunia uotiuā castigant. ip̄a q̄q;
deuotio sc̄a letificet. ut terrenis affecti
b⁹ mitigatis. facili⁹ celestia capiam⁹. p. **col.**

ad. v. **P** opuli tui d̄s institutor et rector. pec
cata quib⁹ impugnat⁹ expelle. ut t̄
semp placit⁹. et tuo munimine sit se
curus. p. **FR. VI. col.** **D** s̄ qui ineffabi

lib⁹ mundū renouas sacram̄tis. p̄ra q̄s. ut
ecclesia tua eternis pficiat institutis. et
temporalib⁹ n̄ destituat⁹ auxilium. p. **ad**

col. **O** a q̄s om̄ps d̄s. ut ^{qui} infirmitatis **vesp.**
n̄re consc̄i. de tua uirtute confidim⁹.
sub tua semp pietate gaudeam⁹. p. **Salu.**

Il. iiii. **H**iat dñe q̄s p̄ grām tuā fructuo-
sus nr̄e deuotionis affectus: quia tūc
p̄derunt nobis suscepta ieiunia. si tue
sint placita pietati. **p. salb. cap. adv.**

Xp̄c assistens pontifex futuroꝝ bonoꝝ
p̄ampli et p̄fecti tabernaculū n̄
manu factū. idest n̄ hui creationis.
neq; p̄ sanguinē hircorū aut vitulorū. s;̄
p̄ xp̄m sanguinē introiit semel in
scā. et̄na redemptione inuenta. **colla.**

Q̄s om̄ps d̄s familiā tuā p̄pici respice.
ut te largiente regat̄ in corp̄e. et
te seruante custodiat̄ in mente. **p. In**

lau. cap. Benedictō. colla. Q̄s om̄ps d̄s.
adui. i. v. ca. Xp̄c assistens. col. Q̄s om̄ps d̄s.

Vere languores nr̄os ip̄e tulit. **advii. cap.**
et dolores nr̄os ip̄e portauit. et nos

putauim' eū quasi leprosum et percussū a
dō et humiliatū. ip̄e autē uulnerat'
ē p̄t' iniquitates n̄as. et attrit' ē p̄t'

Dōs qui **collecta.** scelerata n̄a.
p̄ nobis filiū tuū. c̄cis patibulum
subire uoluisti. ut inimici anobis ex
pelleres potestātē. concede nob' famu
lis tuis. ut resurrectionis grām con
sequamur. p̄ eum. **Ad iij. cap.** Oblat' est
q̄a ip̄e uoluit et n̄ apuit os suū. sicut
ouis ad occisionē ^{duct'} ē. et q̄i agnus coram
tondente se obmut' et n̄ apuit os suū.

Respice q̄s dñe sup hanc **collecta.**
familiā tuā. p̄ qua dñs n̄r ih̄c. x̄
n̄ dubitauit manib' tradi nocentium.
et crucis subire tormētū. p̄ eum. **Incip̄**
ordo p̄uatis dieb' tenend'. usq' iij. pasch.

Xp̄e fact⁹ est p̄ nob̄ obediens pat̄ **ad noct.**
 usq; admortē. mortē autē crucis. **cap.**

Perpetua q̄s domine pace custodi. **col.**
 quos p̄ lignū scē c̄cis redimere dig
 nat⁹ es. **L. iii. ml. cap.**

Xp̄e semel ob
 lat⁹ admultorū exhaurienda p̄ca.

scdō sine p̄cco apparebit. expectantib⁹
 se in salutem. **ad iii. cap.**

Corp⁹ meū
 dedi p̄cutientib⁹. et genas meas uellen
 tib⁹. faciem meam n̄ auerti ab incre
 pantib⁹. et cōspuentib⁹ in me. **ad vi. cap.**

Domin⁹ d̄s auxiliator n̄r. idō n̄ sum
 confus⁹. idō posui faciem meā ut pe
 tram durissimā. et scio qm̄ n̄ cōfundar.

Om̄n̄s d̄s m̄iam tuā nobis **collecta.**
 placat⁹ impende. ut q̄ cōtempnēdo
 culpā incurrimus. cōfitendo ueniā

consequamur. p. *ad ix. capitulum.* Tu autem
domine sabaoth qui iudicas iuste. et pbas
renes et corda. uideam ultionem tuam
exercis. tunc enim reuelavi causam meam domine

deus meus. *collecta.* **D**ominus cui propitius
est misereri semper et parcere. suscipe
deprecationem nostram. et quasi delictorum
catena constringit. misericordia tue pie
tatis absoluat. p. *ad esp. capitulum.*

Tradidit in mortem animam suam. et cum
sceleratis reputatus est. et ipse pec
catum multorum tulit. et per transgressori
bus rogauit ut non periret *fr. ii. ml.*

Sanctifica quasi domine *et adi. collecta.*
nostra ieiunia. et cunctarum nobis
propitius indulgentiam largire culparum. p.

Dona quasi domine populo tuo salutem *adv. col.*

mentis & corporis? ut bonis opibus inherendo?
 tua semp mereatur protectione defendi. *P.*
feria. iij. In l. et ad. iij. col. **N**ostra t̄ q̄s
 dñe sunt accepta ieiunia? que nos & expi
 ando gr̄a tua dignos efficiant? et ad re
 media pducant eterna. *P.* *Ad vs. Col.*

Qua nobis dñe q̄s. p̄seuerantē in tua
 uoluntate famulatū? ut in diebus
 n̄ris & merito & numero ppl̄s tibi seruies
 augeatur. *P.* *do. feria. iij. i l. et ad. iij. Col.*

Sanctificato hoc ieiunio. d̄s tuoz corda
 fidelū miserato: illustra? et quibus
 deuotionis prestas affectū? prebe supplicā
 tibz puī benignus auditū. *P.* *Ad vs. Col.*

Adesto supplicationibz n̄ris om̄ip̄c d̄s?
 et quibz fiduciā sperande pietatis in
 dulges? consuecte n̄re tribue benignus

effectū. *P. feria. v. i. l. Col.* **P**ra q̄s
op̄c d̄s: ut dignitas condiciōis humane
p̄ immoderantiā lauciata: medicinalis
parsimonie studio reformetur. *P. d̄m.*

Asto q̄s d̄ne pp̄ia plebi *Ad vs Col.*
tue: ut que tibi n̄ placēt respiciēs:
tuoz potius repleātur delectationibz man
dator. *P. feria. vi. i. l. et ad. iii. Col.*

Cor
dibz nr̄is d̄ne benignus infunde: ut pct̄a
nr̄a castigacione uolūtaria cohibentes:
temporaliter potius maceamur. quā sup
plicijs deputemur eternis. *P. Ad vs. Col.*

Concede q̄s op̄c d̄s: ut qui protectio
nis tue gr̄am querimus: liberati a
malis om̄ibz secura tibi mente seruiam.

Proficiat q̄s d̄ne. *Sabb. i. l. et ad. iii. Col.*
plebs tibi dicata pie deuotionis

nis affectu: ut sacris actionibus erudita.
 quanto maiestati tue sit gratior: tanto
 donis precioribus augeat. *p. Ad vesp caplm.*

Hoc sentite inuobis quod et in christo ihesu.

Hic cum in forma dei esset. non rapinam
 arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum
 suum exinanivit formam serui accipiens.
 infirmitudinem hominum factus: et habi-
 tu inuentus ut homo. *Colla.*

Omnes sempiternus deus. qui humano generi ad
 imitandum humilitatis exemplum salua-
 torem nostram carnem sumere. et crucem sub-
 ire fecisti. concede propitius. ut et pacien-
 tie ipsius habere documta: et resurrec-
 tionis consortia mereamur. *p. eund.*

Unica in palm. in l. caplm. Benedictio.

Colla. Omnes. Do in. y ad v. Ca. Hoc sentite.

Col. Omnes semp.

Omn̄ps **Benedictō sup ram̄. palmar̄.**

sempiternę redemptorę q̄ de celis
ad terram descendere et ad passionē uo-
luntatis tue uenire dignat⁹ es ut hu-
manū genus tuo p̄cioso sanguine li-
berares. **†** adesto p̄s ecclie tue uotis. **†**

*applicati
oib⁹ nr̄is.*

Tu enī domine mansuet⁹ mansueti ani-
malis asselli terga insidens. ad passio-
nē redemptionis nr̄e spontaneus ad-
uenisti. **†** cū t̄ ramis arboris occurren-
tib⁹ discipulor̄ turbis certatim sterne-
ret⁹ uia. et triumphatorib⁹ palmis cum
uocę laudis occurrentes. plurime ppl̄or̄
catue resultantes parit̄ et dicentes.
osanna filio dauid benedict⁹ q̄ uenit
ī nomine domini. Tibi ī monte oliue
ri oliuar̄ ramis uia constrata ē. Tu

41

quendam noe in aqua super undas diluuii
gubernasti. et columbe ministerio polue
ramum. pacem terris redditam nuntiari
uoluisti. **S**; et iacob patriarcha imministe
rum glorie tue erigens lapidem ex huius ar
borum ramis oleum benedictionis in cacumem
tituli infudit. unde unxisti reges et
prophetas tuos. Tu enim es christe fili dei. tibi
competit fructus unctionis et pacis.
meum laudem ineffabile psalmista ceci
nit dicens. unxit te deus deus tuus oleo
exultationis pro participibus tuis. Quapropter
propter supplices te domine deprecamur.
ut **+ benedicas** hos ramos arborum quos
tui famuli ~~tui~~ in suis suscipientes
manibus in occursum tuum proferant. te quoque
benedicere et glorificare desiderant.

Loco iherosolym sedens super asinum rex man-
suetus aduenisti. Adueni ergo rogamus
et nobis et in medium nostrum consistite. ut
te aduenire in cordibus nostris sentiamus.
et qui nos tunc reparasti per orem. ita
lapsos repara per eandem beatificam pas-
sionem. Oris nostri confessionem. ac ieiunium
nostri humiliationem libens suscipe. et fruc-
tum nos uiriditatis huius concede quatenus
tuis ymbribus irrigari. mereamur tibi sua-
uissimum fetuum ubertate placere. Et sicut illi
tibi processerunt obviam cum arboribus fructi-
bus egressi. ita nos te redeunte in seculo
aduentu cum palmis uictorie leti me-
reamur occurrere saluatori mundi. qui
cum patre in unitate spiritus sancti uiuis et
regnas deus. Per omnia secula seculorum Amen.

Ad vi. y ad ix. capl. y coll. req̄ ip̄cedenti
dñica. *Ex. scda. in lau. et ad iiii. coll.*

Da q̄s om̄ps d̄s. ut qui in tot adūsis
ern̄a infirmitate deficiū. in t̄ce
dente unigeniti filiū tui passione re
spicem. *p. eum. Aduesper. collecta.*

A vnuma nos d̄s salutaris n̄r. et ad
beneficia recolenda quib̄ nos instau
rare dignat̄ es. t̄bue uenire gaudetes.
p. dñm. Ex. iiii. in lau. et ad iiii. coll.

Om̄ps sempiternē d̄s. da nobis ita
dñice passionis sacram̄ta pagere.
ut indulgentiā p̄cipe meream. *p. eum.*

Tua nos m̄ta d̄s. et ab omni *ad v. coll.*
subreptione uetustatis expurget.
et capaces sc̄e nouitatis efficiat. *p.*

Pra q̄s om̄ps d̄s. *Ex. iiii. ila. y ad iiii.*

ut qui nr̄is excessib' incessant' affligim'.
p̄ unigeniti tui passionē liberemur. *P. ev.*

Respice q̄s dn̄e sup̄ *ad uesp. colla.*
hanc familiā tuā. p̄ qua dominū nr̄
ih̄e xp̄e n̄ dubitavit manib' tradi no
centiū. et ōcis subire tormētū. *P. eun.*
fr̄. q̄nta in cena dn̄i .j. fr̄. vi. .ij. .j. adū.
et adv. Sabbō aut̄ in lau. .j. iiii. tantū h̄ col.

Dē aquo et iudas reatus dicitur
sui penam. et cōfessionis sue latro
p̄miū sumpsit. concede nobis tue p̄pi
ciationis effectum. ut sicut in passio
ne sua ih̄e xp̄e dominus nr̄. diuisa u
trisq; intulit stipendia meritoꝝ. ita
nobis ablato uetustatis errore. resur
rectionis sue grām largiat'. *P. eun.*

Sabbō in uigilia p̄ache. Capitulū.

Si conresurrexistis cū xp̄o. que sursum
 sunt querite. ubi xp̄c est in dextera
 dī sedens. que sursum s̄ sapite. n̄ que
 sup̄ tram. **collecta.**

Dōs qui hanc
 sacra-
 tissimā noctem. gl̄a dñice resur-
 rectionis illustras. cōserua ī noua fa-
 milie tue p̄genie adoptionis sp̄m quē
 dedisti. ut corpore et m̄te renouati.
 puram t̄ exhibeant seruitutē. p̄. eim.

In die s̄cō pasche ī lau. iiii. et Ceidē. 3

Expurgate uet̄ ferim̄tū. **adv. caplm.**

ut sitis noua consp̄sio sicut estis
 azimi. etenī pascha nr̄m immolatus
 est xp̄c. **Collecta.** **O** s̄ qui hodie
 na die p̄nigenitū tuū c̄nitatis ^{nob} aditū
 deuicta morte reserasti. uota nr̄a que
 p̄ueniendo aspiras. etiā adiuuando p̄

sequere. p. eund. *Ad vi. capitulum.*

Epulem non infermito ueti neq; infer
mito malicie et nequicie. Ier ina
zimis sinceritatis et ueritatis. *Colla.*

Concede q̄s om̄ps d̄s. ut qui resurre
ctionis dn̄ice sollempnia colim. in
nouatione tui sp̄e a morte anime resur
gam. p. eum. eisd. *Ad ix. capl.*

Xp̄e
resurrexit a mortuis p̄mitie dormien
tū. qm̄ q̄dem p̄ hominē mors et p̄ ho
minē resurrectio mortuoz. sicut em̄
in adam omnes moriunt. ita et in
xpo om̄s uiuificabunt. *Collecta.*

Pra q̄s om̄ps d̄s. ut qui resurre
ctionis dn̄ice sollempnia colim.
creptionis n̄re suscipe leticiā merea
mur. p. eund. *Incip̄ ordo poet. ad noct.*

Mortui enim estis? et uita uestra abscon-
dita est cum christo in deo. cum enim christus
apparuerit uita uestra? tunc et uos ap-
parebitis cum ipso in gloria. *collecta.*

Pater qui semper omnipotens deus. ut haec paschalia
festa que colimus? deuoti in tua semper
laude uiuamus. *p. int. capitulum.*

Xristus resurgens ex mortuis iam non moritur?
mors illi ultimum non dominabitur? quod enim mor-
tuus est peccato mortuus est semel?
quod autem uiuit uiuit deo. *ad iii. cap.*

Xristus semel pro peccatis nostris mortu-
us est. iustus pro iniustus ut nos of-
ferret deo. mortificatos quidem carne
uiuificatos autem spiritu. *ad vi. capitulum.*

Benedictus deus et pater domini nostri ihesu
christi? qui secundum magnam misericordiam su-

am regeneravit nos in spem vite p̄ re
surrectionē ihu xp̄i ex mortuis. in he
reditatem incorruptibile. et ī conta
minatā. et in marcescibilem cōserua
tam in celis. **collecta.** **P**̄rā q̄s om
nipotens d̄s. ut hui' paschalis festiui
tatis mirabile sacramentū et tempo
rale t̄nquillitatē nobis t̄buat. et ui
tam conferat sempiternā. **p̄. Ad iij. cap̄.**

D̄s autē pacis qui eduxit de mor
tuis pastoreū magnū ouiuū. in san
guine testam̄ti et̄ni d̄n̄m nr̄m ih̄m xp̄m
aptet uos in omni bono. ut faciatis
ei uoluntatem. **collecta.** **D**̄s qui nos
p̄ paschalia festa letificas. concede p̄
p̄ci. ut ea que deuote agim̄. te adui
uante fidelit̄ teneam̄. **p̄. Adv. cap̄lm.**

Si conresurrexistis cū xp̄o. vt sup̄.
fr̄. sc̄da in lau. et ad iiii. ⁊ ad v. coll.

Dē qui sollempnitate paschali mun-
do remedia contulisti. ꝑꝑm̄ tuum
q̄s celesti dono ꝑsequere. ut et ꝑfec-
tam libertatē consequi mereat̄. et ad
uitā ꝑficiat sempit̄nā. ꝑ. *fr̄. iiii. coll.*

Dē q̄ eccliam tuā nouo temp̄ fetu
multiplicas. concede famulis
tuis. ut sacramentū uiuendo tene-
ant. quod fide ꝑcepunt. ꝑ. *fr̄. iiii.*

Dē qui nos resurrectionis dñice *coll.*
annua sollempnitate letificas. cō-
cede ꝑꝑci. ut ꝑ temporalia festa que
agimus. ꝑuenire ad gaudia et̄na me-
ream̄. ꝑ eū.

Dē qui *fr̄. quinta.* ream̄. ꝑ eū.
diuersitatem gentiū in confessio

ne tui nominis adunasti. da ut renatus
fonte baptismatis una sit fides me-
ntu. et pietas actionum. *Ps. fr. vi. col.*

Om̄ps semp̄ d̄s qui paschale sacra-
m̄tū inreconciliationis humane
federe cōtulisti. da mentib̄ nr̄is. ut
qd̄ p̄fessione celebram̄. imitem̄ affectū.

Qoncede *fr. Salbo. colla. Ps.*
q̄s om̄ps d̄s. ut qui festa pascha-
lia uenerando egimus. p̄ hec contingē
ad gaudia eterna mereamur. *Ps. ad v.*

Omne quod natū est ex d̄o *cap. l̄m.*
uincit mundū. et hec est victo-
ria que uincit mundū. fides nr̄a. *col.*

Pra q̄s om̄ps d̄s. ut qui festa pascha-
lia p̄egimus. hec te largiente mo-
rib̄ et uita teneamus. *Ps. Dñica i octi*

caplm. in laudib. ⁊ ad m. ⁊ ad vesp.

Omne qd' natū est. vt sup. col. **P**ra
qs om̄ps ds. ad vi. ⁊ ad y. capl. ⁊ col.
quere in p̄ma die resurrectionis.

Incipit ordo de priuatis dieb' ab oct.
pascche usq; ad rogationes. caplm ad noct.

Epulemur n̄ in fer̄ito ueti. neq; in
fer̄ito malicie et nequicie. s; in a
nimis sinceritatis et ueritatis. colla.

Pra nobis om̄ps et misericors ds. ut
in resurrectione dñi nr̄i ihu xp̄i. p
cipiamus ueracit̄ portionē. p. eund.

Xps traditus ē p̄t delicta **In l. caplm**
n̄ra. et resurrexit p̄t iustificatio
nē nr̄am. iustificati igit̄ p̄ fidem pacē
habeamus ad d̄m. **ad m. capitulū.**

Os autem genus electū. regale sa

cerdotium. gens sc̄a. p̄p̄s ac qūsitionis.
ut uirtutes annuntietis ei. qui de te
nebris uos uocauit in admirabile lum̄

D̄s qui omnes in xp̄o *colla.* *suū.*
renatos. gen̄ regiū et sacerdotale
fecisti. da nobis et uelle et posse que
p̄cipis. ut p̄p̄o ad eternitatem uocato.
una sit fides mentiū. et pietas actio
num. p̄ eund. *adv̄. cap̄lm.* **D**eus uero
suscitauit ihm̄ a mortū t̄cia die. q̄uis ē
p̄ dies multos hūc qui simul ascenderāt
cū eo de galilea in ierl̄m. *colla.* **P**r̄
q̄s om̄ps d̄s. ut qui gr̄am dn̄ice resur
rectionis agnouim̄. ip̄i p̄ amorē sp̄e a
morte anime resurgamus. p̄. eun. eid.
Deponentes omnē maliciam *ad ix. cap̄.*
et omnē dolū. et simulationes et

inuidias et omnes detractiones. sicut
in^{o do} geniti infantes rationabiles sine do
lo lac concupiscite. ut in eo crescatis in
salutem. si tam gustastis qm dulcis
est dominus. **collecta.**

Gaudet domine plebs fidelis. et cum xpe re
colit saluationis exordia. ei pmoueat
augmentis. **p. ad v caplm.**

Ds aut pacis qui eduxit de mortuis pastore
magnu ouiu. in sanguine testamenti
etni dnm nrm ihm xpm aptet uos
in omni bono. ut faciatis ei uolunta
tem. ~~audet dne plebs fide~~

~~hs. et cum xpe recolit saluationis ex~~
~~ordia. ei pmoueat augmentis. p. va~~

Ds aut pacis qui eduxit de mortu
is pastore magnu ouiu in sanguine

testamēti eterni dñm nr̄m ih̄m xp̄m ap
ter uos in omni bono. ut faciatis ei
uoluntatē. *cat. ∞*

*Sciendū est qđ
omnibꝫ puatis diebꝫ y ad vesp. et ml.
col. de p̄cedenti dñica dicet. salb. p̄ oct.*

Cap. **X**p̄c passus ē p̄ nobis. uobis relin *pasch.*
quens exemplū. ut sequamini uesti
gia ei. qui peccatum n̄ fecit. n̄ inuentus
ē dolus in ore ei. *colla.*

Ds qui in
filii tui humilitate iacentē mundū e
uerristi. fidelibꝫ tuis p̄petuam concede
leticiam. ut quos p̄petue mortis eripu
isti casibꝫ. gaudiū faciās sempiternis p̄
frui. p̄. eund. *Dñica p̄ma p̄ oct. 7l. cap.*

Benedictio et cla. *colla.* **D**s qui in
filii humi. *ad iiii. ad v. cap. Xp̄c passus ē.*

col. **D**s qui in filii tui. *ad vi. caplin.*

Xp̄c resurgens ex mortuis
 vitam n̄ morit̄. ^{ultra} mors illi n̄ dñabit̄. qđ
 enī mortuus ē peccato mortuus ē semel.
 quod aut̄ uiuit uiuit dō. *colla.* **D**eus
 qui ad et̄nam uitam in xp̄i resurrectio
 ne nos reparat. erige nos ad conſede
 re in dext̄a tua n̄re ſalutis auctore. ut
 qui p̄t nos iudicandus aduenit. p̄
 nobis iudicaturus adueniat. p̄ eund̄.

Xp̄c ſemel p̄ peccatis n̄ris *ad i. cap.*
 mortuus ē iuſtus p̄ iniuſtis. ut nos
 offerret dō. mortificatos quide carne
 uiuificatos autē ſp̄u. *colla.* **C**oncede
 qđ om̄ps d̄s. ut ueterem hominē depo
 nentes cū actibus ſuis illi conuerſatio
 ne uiuamus. ad cui nos ſubſtantiam
 paſchalibus remedius tranſtulisti. p̄ eund̄.

Obscuro **Sabbato an. ii. dominica ad v. cap.**
uos tamquam aduenas et peregrinos.

abstinere uos a carnalibus desideriis quae
militant aduersus animam. et conuersatio
ne uestram inter gentes habentes bonam
ut in eo quod detrectant de uobis. tanquam
de male factoribus. et bonis operibus uos
considerantes. glorificent deum in die uisi
tationis. **collecta.**

Deus qui erran
tibus ut in uiam possint redire iusticie. ue
ritatis tue lumen ostendis. da cunctis
qui christiana professione censent. et illa
respuere que ^{huic} inimica sunt nomini. et
ea que sunt apta sectari. **p. Dominica ii. iii. cap.**

Benedictio. **colla.** **D**eus qui errantibus.
ad iii. ut v. ca. Obscuro uos. coll. **D**eus
qui errantibus. **ad vi. et ad x. cap. et coll.**

49
quere i p̄ma dñica p̄ oct̄. pasche.
Sabb̄o añ. iiii. dñicā. ad v̄. capl̄m.

Omne datū optimū et om̄e donum
p̄fectum defursū est. descendens
a patre luminū. ap̄ quē n̄ ē t̄smuta
tio. n̄ uicissitudinis obumbratio. **colla.**

Deus qui fidelium mentes unū efficiis
uoluntatis. da ppl̄s tuis id ama
re qd̄ p̄cipis. id desiderare qd̄ p̄mit
tis. ut int̄ mundanas uarietates. ibi
n̄a fixa sint corda. ubi uera sūt gau
dia. p̄. dñica i lau. capl̄m. **B**enedictō. **col.**

Deus qui fide. ut sup̄. ad iiii. y ad v̄. capl̄m.

Omne datū. **colla.** **D**s qui fidelium.

ad vi. y ad ix. q̄re cap̄. et coll. in p̄ma

dñica. Sabb̄o añ. iiii. dñicā. ^{ad v̄} capl̄m

Estote factores uerbi. et n̄ auditores

tantū. fallentes uos met ip̄os: q̄a si quis
auditor ē uerbi et n̄ factor: hic cōpara
bit̄ uirō consideranti uultū natiuitatis
sue in speculo. **Collecta.**

Deus aq̄
bona cuncta p̄cedunt: largire suppli
cib̄ ut cogitemus te insp̄ante que rec
ta sūt. et te gubernante eade faciam̄.

Om̄ia. n̄. i. l. cap. Benedictō. col. D̄s aq̄.
ad. vi. et ad. ix. q̄re cap. i. col. i. p̄. dn̄ica.
p̄ m. d. rog. adnot. Spulemur n̄ infer. col.

P̄rā q̄s om̄ps et misericors d̄s. **i. lau. cap.**

Ch̄p̄e t̄ditus est. colla. P̄rā q̄s om̄p

d̄s: ut qui in afflictione n̄ra de tua pie
tate confidimus: cont̄ aduersa omnia
tua semp p̄tectione muniam̄. **p̄. adu.**

Confitemini alt̄it̄rū **et adu. cap. l̄m.**
peccata ūra et orate p̄ inuicē ut sal

ueminis: multū enī ualet deprecatio

iusti assidua. *colla.* **P**rā q̄s omp̄ d̄s.

Helyas homo erat similis nob̄ passi *advī. c.*

Dibilis: et oratione orauit ut n̄ plu

eret sup̄ terram: et n̄ pluit ~~sup̄ terrā~~

annos tres et menses sex: et rursum

orauit et celū dedit pluuias. et tra

dedit fructū suū. *colla.* **M**encem

familie tue q̄s domine et munere

cōpunctionis ap̄i. et largitate tue pie

tatis exaudi. *p. ad iij. cap.* **S**i quis

erubis errauerit aueritate. et cōuer

terit quis eū: scire debet qm̄ q̄ con

uerti fecerit peccatōrē ab errore uie

sue: saluabit animā ei a morte. et ope

rit multitudinē peccatorū. *collecta.*

Deus qui culpas n̄ras p̄is uerbe

rib⁹ pcutis. ut ^{nos} auris iniquitatib⁹ emun-
des. da nobis et de uerbere tuo pfi-
cere. et de tua cici consolatione gau-
dere. *p. Inung. ascensionis adv. cap.*

oib⁹
po fdir
ra q̄s omi.
nre
ye

Primū quidē sermonē feci de omib⁹
o theophile. que cepit ihc facere et
docere. usq; in diem qua p̄cipiens aplis.
p spm scm q̄s elegit assumpt⁹ est. *colla.*

Pra q̄s omps ds. ut nre mentis in-
tentio. quo sollempnitatis uentu-
re glosus auctor ingressus est semp in-
tendat. et quo fide p̄git. cōuersatione
pueniat. *p. eund. Indie ascensionis il.*

cap. **P**rimū quidē. *ut sup. colla.* **C**on-
cede q̄s omps ds. ut qui hodierna die
ūnigenitū tuū redemptorē nr̄m. ad ce-
los ascendisse credimus. ipsi quoq; in

te in celestibus habitemus. p. eun. *ad vi. cap.*

Post passionem suam dominus prebuit se ipsum discipulis suis uiuum. in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis.

et loquens de regno dei. *Collecta.*

Deus cui filius in alta celorum potentia ascendens. captiuitatem nostram sua duxit uirtute captiuam. tribue quod ut dona que suis participibus contulit. largiatur et nobis. p. eun. *ad ix. cap.*

Et conuocans precepit eis ab ierosolymis ne discederent. sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit per os meum. quia iohannes quidem baptizauit aqua. uos autem baptizabimini spiritu sancto. non potest multos

Ad esto domine *Collecta.* *Chos dies*
supplicationibus nostris. ut sicut hu

mani generis saluatore. conſedere tecū
in tua maiestate confidim⁹. ita uſq; ad
cōſummationē ſeli manere nobiſcū.
quem admodū ^{est} pollicetur ſentiam⁹. *Pe.*

*In hac dñica. et in po die octauo
fiet ſic pmo die aſcenſi. excepto q̄ i dñi
ca die dicat⁹ hoc caplm. in laudib⁹.*

Benedictō et c. Collecta. **O**mp̄s ſemp̄
d̄s. fac nos t̄ ſemp̄ et deuotam gerere
uoluntatē. et maiestati tue ſincero
corde ſeruire. *p. p̄ uatib⁹ dieb⁹ poct. uſq; pent.*

*idnet.
caplm.*

Xp̄e qui deſcendit. ipſe ē et qui aſcen
dit ſup omnes celos. ut adimpleret
om̄ia. *Collecta.* **T**ribue q̄s omp̄s
d̄s. ut illuc tendat xp̄iane deuotiōis
affectus. quo tecū eſt n̄ra ſubſtantia.
ih̄c xp̄e fili⁹ tuus domin⁹ noſter. *p̄ eund.*

Vnicuique nostrum data est gratia secundum **Inl. cap. m.**
mensuram donationis christi. propter quod
dicit. ascendens in altum captivam duxit
captivitatem. dedit dona hominibus. **col.**

Concede quoniam omnipotens deus. **ut sup. ad iii. et**
vi. y. y. ad v. sic in die ascen. In iug. pentad v.

Dum complerentur dies pentecostes. **caplm.**
erant omnes discipuli pariter in eodem
loco. et factus est repente de celo sonus.
tamquam advenientis spiritus vehementis.
et replevit totam domum. ubi erant seden-

Patris quoniam omnipotens deus. **collecta. Tes. 3**
ut claritatis tue super nos splendor
effulgeat. et lux tue lucis corda eorum
quae per gratiam tuam renati sunt. sancti spiritus illustra-
tione confirmet. **p. eid. In die pent.**
In lau. y ad iii. y v. cap. Dum complerentur.

Dñs qui hodierna die corda **collecta.**
fidelium sc̄i sp̄s illustratione docuit
da nobis in eodem sp̄u recta sapere. et de
eī semp̄ cōsolatione gaudere. **Ps. eīd̄ cap.**

Appauerunt apl̄is disparte **ad vi.**

Lingue tanq̄ ignis. sedentes supra
singulos eorū sp̄s sc̄s. **colla.** **D**ñs q̄ sa
cramento festiuitatis hodiernae uniuersam
ecclesiam tuā in omni gente et natione
sc̄ificas. in totā mundi latitudinē sp̄s
tui dona diffunde. **Ps. eīd̄. ad iij̄ caplm.**

Facta aut̄ hac uoce cōuenit multi
tudo et m̄te confusa. qm̄ audiebat
unusq̄sq; lingua sua illos loquentes.

Concede q̄s om̄ps d̄s. ut qui **colla.**
sollemnitatē domi sp̄s sc̄i colum̄.
celestib; desideris accensi. fontē uite

ficiamus. p. eisd. *Ordo p oct. adnoct. cap.*

Raritas di diffusa ē in cordib' nr̄is.
p sp̄m sc̄m qui dat' est nobis. *colla.*

Sei sp̄c dñe corda nr̄a mundet infu
sio: et sui rois intima asp̄sione fe
cundet. p. eidem. *In laudib; caplm.*

Non accepistis sp̄m seruitutis iterū
in timore: s; accepistis sp̄m adoptio
nis filioꝝ in quo clamam' abba pater.

Adiū. cap. **C**um complerent'. *Ad vi. caplm.*

Loquente petro cecidit sp̄c sc̄s sup
omnes qui audiebant uerbū: et
erant loquentes unguis et magnifi
cantes dñm: tunc petrus iussit eos bap
tizari. in nomine dñi nr̄i ihu xp̄i. *colla.*

Pā q̄s om̄ps d̄s: ut sp̄c sc̄s adue
niens. templū nos gl̄e sue dignam

ter inhabitando pficiat. p. eisdē. *ad yr.*
cap. **R**epleti s̄ omnes spū scō. et cepunt
loq̄ uariis linguis. p ut sp̄c sc̄s da
bat eloq̄ illis. *collecta.*

Illo nos ig
ne q̄s domine sp̄c sc̄s inflamet. que
dominū n̄r ihe. xp̄c misit intram. et
uoluit uehement̄ accendi. p. ev. eisd. *ad*

Disseminabat̄ uerbū dī *vesp. cap.*
p̄ uniuersā regionē. discipulī aut̄
replebant̄ gaudio. et spū scō. *colla.*

l. ml.
l. gad
Deus qui apl̄is tuis sc̄m dedisti sp̄m.
concede plebi tue. pie petitionis
effectū. ut quib̄ dedisti fide. largia
ris et pacem. p. eisdē. *fr. iii. il. iii.*

col. **A**ssit nobis q̄s domine uirt̄ sp̄c v.
sc̄i. que et corda n̄ra clementer
expurget. et ab omnib̄ tueat̄ aduer

sis. p. eid. **FR. III. colla.** **M**entes
nras qs dne paraclyt^o qui ate pcedit
illuminet. et inducat in omne sic
tuus pmisit fili ueritate. p eu. eid.

Col. **D**s qui hodierna die or. **FR. qnta.**

Da qs eccleie tue mi **FR. vi. colla.**
Dferi cors ds. ut spū scō congrega
ta. hostili nullaten^o in cursione tur
betur. p. eidem. **Sabbō II. iiii. Col.**

Mentib^o nris qs domine spm scm
benignus infunde. cui et sapi
entia conditi sumus. et pudentia
gubernam. p. eidē. **adv. cap.**

Benedict^o ds. **colla.** **O**mip^o sempi
terne ds qui dedisti famulis tuis
in cōfessione uere fidei etne trinitatis
glam agnoscere. et impotentia ma

testatis adorare unitatē. q̄s ut eidem
fidei firmitate ab omnib⁹ semp muniamur
adiūsis. p. **Unica. i. p̄ pent. ii. B**enedictō.

coll. Om̄ps semp. ut sup. ad iiii. cap.

Deus caritas ē. **coll. Om̄ps sem. ad vi. cap.**

Tres s̄t q̄ testimoniū dant in celo. pa
ter et fili⁹ et sp̄s sc̄s. et h̄y tres unū

Domine d̄s pat̄ **collecta.** **C**um.

Om̄ps ^{nos} famulos tuos maiestati tue
subiectos p̄ unicū filiū tuū in uirtute sc̄i
sp̄s benedic et p̄tege. ut ab omni hoste
securi in tua uigil̄ laude letem̄. **Pe v. eūd.**

Gra domini nr̄i ihu xp̄i **ad ix. cap.**

et caritas d̄i. et cōmunicatio sc̄i
sp̄s sit cū omnib⁹ uobis. **colla. M**entes
nr̄as q̄s d̄ne paracl̄yt⁹ qui ante p̄cedit
illuminet. et inducat in omnē sicut

tuis pmissit fili ueritatem. p. ev. eidē.

Unica scda post pent. ad v. caplm.

Benedictus ds. **collecta.** **D**eus in te
 spantiū fortitudo. adesto p̄pici inuoca
 tionib' n̄ris. et q̄a sine te nichil pot̄
 mortalit' infirmitas. p̄a auxiliū gr̄e
 tue. ut in exequendis mandatis tuis
 et uoluntate t̄ et actione placeam. p.

A. Leq̄re
 die 93

cap. ad m̄. Deus caritas est. coll. **D**eus

in te spantiū for. sciendū qd̄ om̄ib'
 puatis dieb' ab oct. pent. usq; ad nat'
 d̄ni. colla de p̄cedenti d̄nica dicit.

ii. ad v. **B**enedictō re. **Unica. ii. p̄ pent. in cap.**

adiūca. Deus caritas. colla. **D**eus

in te spantiū for. **ad vi. ca.** **Alit̄ alteri.**

Deus qui conspicias omni nos uirtu **col.**
 te destitui. interī exterīq; custodi.

ut et ab omnibus aduersitatibus muna-
mur in corpore. et a prauis cogitationibus
mundanum in mente. *¶. Ad iij. capitulum.*

Empri enim estis. *colla.* **D**ies noster
quos domine placat intende: pariterque
nos et a peccatis absolue propitius. et acie-
tis eripe benignus aduersis. *¶. He die
supra scripte colle omnibus dominicis diebus ad
vi. et iij. dicantur. ab oct. pent. usque ad
aduentum domini. scilicet capitulum ad uesp. Benedic-
tis et pat. colla. B. S. in te spiritum for.
Sicut autem dispositum de priuatis diebus ab
oct. theophane usque ad xl. ita teneatur etiam
ab oct. pent. usque ad aduentum domini. excepto*

*quod hec tres colle que sequuntur
omnibus diebus ad iij. et iij. et iij.*
Vox clamantis ad aures domine quos tue pie-
tatis ascendat. ut precepta ueni a pec-

caroz te fiat opante deuota. te pre
gente secura. *p. ad vi. cap. At alti.*

Propiciare domine supplica *colla.*
nomib' nr̄is. et animaz nr̄ay me
dere languozib'. ut remissione pcepta.
de tua semp benedictione letemur. *p.*

ad ii. cap. Empti enī. colla.

Hac
nos q̄s domine d̄s noster. in tua deuo
tione gaudere. quia p̄petua est et ple
na felicitas. si tibi bonoz omnium seruia
mus auctori. *p. Sciendū qd̄ omnib'*

*primatis dieb; ab oct̄ pent̄. us; ad nat̄
d̄ni colla de p̄cedenti d̄nica dicēda ē.*

Sc̄i nominis tui domine *D̄nica. iii.*

timorē parit̄ et amorē fac nos ha
bere p̄petuū. q̄a numq̄m tua guberna
tione destituis. q̄s in soliditate tue

ut sit in pace p[er] p[er]p[et]ua[m] te
dilectionis instituis. p. **Dñica. iiii. col.**

D *Deus uult
uid* **Sp**ecationē nrām q̄s dñe benignus exaudi. et quib⁹ supplicandi prestas affectum. ⁊ tunc defensionis auxilium. p. **Dñica quinta. colla.**

P *Deus rex* **ro**rector in te sperantiū d̄s sine quo nichil est ualidū nichil sc̄m. multiplica sup nos miām tuā. ut te rectore te duce sic transeam⁹ per bona temporalia. ⁊ ut n̄ amittamus

D **a** nobis **Dñica. vi. col. Y eterna. p.** dñe q̄s. ut et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigat. ⁊ ecclesia tua tranquilla deuotione te

D **e**us **Dñica. vii. colla. Y tet. p.** qui diligentib⁹ te bona inuisibilia p̄parasti. infunde cordib⁹ nr̄is

tui amoris affectū. ut te in omnib⁹
et sup̄ omnia diligentes. p̄missione^s tuas
que omne desideriiū sup̄ant conse

Deus virtutū *Om̄. viii.* quam p̄. *A. Doli*
cui est totū qd̄ est optimū. in fere *te.*
pectorib⁹ nr̄is amorē tui nominis.
et p̄ra in nobis religionis augmen
tū. ut que s̄t bona nutrias. ac pie
tatis studio que s̄t nutrita custodi

Deus cui *Om̄ca ix.* *Gas. p̄.*
p̄videntia in sui d̄spositione n̄
fallit. te supplices exoramus. ut
noria cuncta submoueas. et om̄ia
nobis p̄futura concedas. p̄. *Om̄ca. x.*

Largire nobis domine q̄s semp
sp̄m cogitandi que recta s̄ p̄pici et
agendi. ut qui sine te esse n̄ possū

mus. sedm te uiuere ualeam. p.

Pateant aures m̄e tue **Vñca. xi.**
dñe p̄cib' supplicantiū. et ut pe
tentib' desiderata concedas. fac eos
que t̄ s̄t placita postulare. p. **Vñca**

Ds qui om̄ipotentia tua **xij. col.**
parcendo maxime et miserando
manifestas. multiplica sup nos gr̄am
tua. ut ad tua p̄missa currentes. cele
stiu bonoz facias esse consocetes. p. **xiii.**

Om̄ps semp̄ d̄s qui habun **Vñca.**
dantia pietatis tue. et merita
supplicū excedis et uota effunde
sup nos m̄iam tua. ut dimittas q̄
conscientia metuit. et adicias qd̄
oratio non p̄sumit. p. **Vñca. xiiii. col.**

Om̄ps et misericors d̄s. de cuius

munere uenit ut t̄ a fidelib⁹ tuis dig-
ne et laudabiliter seruiat. ⁊ tribue q̄s
nobis. ut adpmissiones tuas sine
offensione curramus. ¶ *Dñica xv.*

Om̄ps sempiternē d̄s. da nobis f̄
dei spei et caritatis augmentū.
et ut meream⁹ assequi qd̄ p̄mittis. ⁊
fac nos amare qd̄ p̄cipis. ¶ *Dñica xvi.*

Custodi dñe q̄s eccliam tuā pp̄icia
tione pp̄etua. et quia sine te la-
bit̄ humana mortalitas. ⁊ tuis ^{semp} au-
xilīs. et abstrahat̄ angoris et adsa-
lutaria dirigat̄. ¶ *Dominica xvii.*

Acelesiam tuā dñe miseratio con-
tinuata mundet et muniat. ⁊
quia sine te n̄ potest salua consistē.
tuo semp munere gubernet̄. ¶ *Dñica
xviii.*

Qua nos q̄s domine gr̄a semp et pre
ueniat et sequat. ac bonis opib⁹
iugiter prestat esse intentos. *¶. Vñica.*

*u.
r.*

Da q̄s domine pp̄lo tuo diabolica
uitare contagia. et te solū dñm
pura m̄te sectari. *¶. Vñica. xx. col.*

Dirigat corda n̄ra dñe q̄s. tue mise
rationis operatio. q̄a tibi sine te
placere n̄ possumus. *¶. Vñica. xxi. col.*

Om̄ps et misericors d̄s. uniuersa
nobis aduersantia ppiciat⁹ et elu
de. ut mente et corpe parit̄ expedi
ti. que tua s̄ liberis mentib⁹ frequa

Vergere q̄s *Vñica. xxii. Imur. ¶.*
dñe fidelib⁹ tuis indulgentiā
placat⁹ et pacē. ut parit̄ ab om̄ib⁹
mundent⁹ offensis. et secuta tibi

mente deseruiant. p. *Dñica xxiiii.*

Familia tua q̄s dñe continua pie-
tate custodi. ut a cunctis aduer-
sitatib⁹ te p̄tegente sit libera. et in bo-
nis actib⁹ tuo nomini sit deuota. p.

Deus refugiu nrm et uirt⁹. *Dñica xxiiii.*

adesto p̄ns ecclie tue p̄cibus auc-
tor ipe pietatis. et p̄ra ut qd̄ fidelit̄
petimus. efficacit̄ consequamur. p. *Dñica.*

Quanta dñe q̄s tuoz fidelium *xxv*
uoluntates. ut diuini opis fruc-
tu p̄pensius frequentes. pietati tue
remedia maiora percipiant. p.

*In natuuitate sancti stephani p̄tho-
m̄ris. In laud. ⁊ ad iiii. ⁊ ad v. caplm.*

Stephanus plenus gra et
fortitudine. faciebat prodigia

et signa magna in populo. *Collecta.*

Da nobis quos domine imitari quod colimus.
ut discamus et inimicos diligere. quos
ei natalicia celebramus. qui novit
etiam pro persecutoribus orare. *Ps. ad vi. cap.*

Surrexerunt quidam de synagoga
disputantes cum stephano. et non po-
terant resistere sapientie et spiritui qui
loquebatur. *collecta.* **O**mnes sempiternus
deus qui premissas membris in beati leuite ste-
phani sanguine dedicasti. tribue quos
ut pro nobis intercessor existat. qui pro
suis etiam persecutoribus oravit. *Ps. ad ii.*

Qum esset stephanus plenus *cap.*
spiritu sancto. intendens in celum. vidit
gloriam dei. et iherosolymam stantem ad dexteris dei.

Propterea quos omnes deus. ut beatus *colla.*

Stephanus leuita magnificus. sicut
 ante alios imitator dñice passionis
 et pietatis emittit. ^{ita} sit fragilita
 nis. ^{impr} adiutor. *¶. eun. In natuuit.*
sc̄i ioh̄is euangl̄iste. ad v̄. y in lau. caplin.

Qui timet dñm faciet bona. et q̄
 continens ē iusticie apprehendet
 illam. et obuiabit illi quasi mater

Eccl̄esiam *colla.* *Y* honorificata.
 tuā dñe benigni illustra. ut bea
 ti iohannis euangl̄iste illuminata doc
 trinis. ad dona pueniat sempit̄na. *¶*

In medio eccl̄ie apuit os ei. *ad v̄. caplin.*
 et impleuit eū domini sp̄u sap̄ie et
 intellect. et stola gl̄e induit eū.

Beni iohannis euangl̄iste q̄s dñe *colla.*
 supplicatio ne placat. et ueniam

nobis tribue. et remedia sempiterna
Jocunditatem **ad i^r cap.** **Concede. P.**
et exultationē thesaurizavit sup eū.
et nomine etno hereditavit illū dñs
d's n'r. **collecta.** **B**eati iohannis euā
gliste domine p'cib' adiuuē. ut qd
possibilitas n'ra n̄ obtinet. ei nobis
int'cessione donet. **P.** **In nativitate s'c'orū**
innocentiū. Jul. & aduū. et adv. caplm.

Vidi sup montē syon agnū stantē.
et cum eo centū q̄draginta q̄tuor
milia. habentes nom' ei. et nom' pa
tris ei scriptū in frontib' suis: **colla.**

Deus cui hodierna die p'conium
innocentes martyres n̄ loquen
do s; moriendo confessi s̄. omnia in
nobis uicioꝝ mala mortifica. ut si

dem tuā qm̄ lingua n̄ra loquit̄. etiam

morib' uita fateat̄. *p. ad vi. caplm.*

Hū s̄ qui cū mulierib' n̄ sunt cōm
q̄nati. uirgines enī s̄. hū secunt̄ agnū
q̄cumq; ierit. *colla.*

Os qui licet
sis magn' in magnis. mirabilia tam
gloriosi' oparis in minimis. da nob'
q̄s in eoz' celebritate gaudere. q̄ filio
tuo dño n̄ro testimoniū p̄buerunt

etiam n̄ loquentes. *p. ev. ad. i. caplm.*

Hū empti s̄ ex om̄nib' p̄micie deo
et agno. et in ore eoz' n̄ est inuen
tū mendatiū. sine macula s̄ ante
thronū dei. *collecta.*

Ad iuuā nos
dñe q̄s eoz' deprecatione scōz'. q̄ filiū
tuū humana nec dū uoce p̄fitentes.
celesti s̄ p̄ ei' natiuitate gl'a coronati.

V. Peti.

In nat. sc̄i thome ep̄i m̄. 11. cap. Just
si morte. de uno m̄re. § ad v. colla.

Adesto dñe supplicationib' n̄ris ut
qui criminatate n̄ra reos nos eē cog
noscim'. beati thome m̄ris tui atq; pō
tificis int̄cessione liberemur. p. Ceta

de uno m̄re. 7 pon. Siluest. Benedict. cap.

Da q̄s om̄p̄s d̄s. ut beati siluestri
confessoris tui atq; pontificis ve
neranda sollempnitas. et deuotio
dictioꝝ q̄ n̄ nobis augeat et salutē. p. Ceta de
uno of. 7 pon. felix impincis. coll.

Qoncede q̄s om̄p̄s d̄s. ut admeliorē
uitā sc̄oꝝ tuoz exempla nos puo
cent. quaten' quoz sollempnia agim'.
etiam actus imitemur. p. Martelli pp.

Preces ppli tui q̄s domine colla.

coll.
lljelmi.
ve i nat.
i ep̄i.
dictioꝝ q̄ n̄
acta. d̄s
spicib

De scto Martho
Cere totu in
omni gressu n

clementē graudī. ut beati marcelli mar
tyris tui atq; pontificis meritis ad
iuuem. cui passione letamur. P. p̄sce

Da q̄s omp̄ d̄s: *uirḡis et m̄ris. col.*
ut qui beate prisce m̄ris tue na
talicia colim̄. et annua sollempnitate
letem̄. et tante fidei pficiam̄ exemplo.

Opus qui beatos *fabiani & sebastiāi cap.*
m̄res *fabianū atq; S̄i pfid. colla.* + tuos
sebastianū ūtute constantie īpassiōe
roborasti. ex eoꝝ nobis imitatione tri
bue p̄ amore tuo p̄s̄pa mundi despi
cere. et nulla ei aduersa formidare.

Los die ad v. dicat cap. de. f. agnete. Q. glat.

Om̄ps sempit̄ne d̄s *de ūgib. Colla.*
qui infirma mundi eligis ut for
cia queq; cōfundas. cōcede p̄pici. ut

qui beate agne mris tue sollempnia co-
limus. ei ap te patrocinia sentiam. p.

colla.

In die scē agnetis adv. cap. de scō vincē.

Avesto dñe supplicationib⁹ *Iust⁹ si mor.*
nris. ut q̄ ex iniquitate nra reos nos
eē cognoscim⁹. beati vincenti mris
tui intercessione liberemur. p. *Inquisiōe*

scī pauli. adv. c. 11. & adu. capitu

Dixit ananias. saule frat lum.
dñs misit me ihe. qui apparuit t^{ibi}
in via q̄ ueniebas. ut uideas et implea-
ris spū scō. et cōfestim ceciderūt ab
oculis ei tamquā squame. et uisū re,

Os qui multi *Collecta. Tcepit.*
tudine gentiū beati pauli apli
p̄dicatione docuisti. da nobis q̄s.
ut cui hodie conuersionē colimus.

ei ap te patrocinia sentiam. p. **Ad vi.**

Ego sum minimus ap loz q n sum **caplm.**
dignus uocari apls qm psecutus
su eccliam dei. gra aute di su id qd
su et gra ei in me uacua n fuit. **colla.**

Os qui cospicis qa ex nulla nra ac
tione confidim. concede ppiet. ut
cont aduersa omnia doctoris gentiu
ptectione muniam. p. **Ad ix. caplm.**

Scio cui credidi. et cert su quia
potens e depositum meu seruare
in illu die iust uider. **collecta.**

de seto
iohannie
shristosto
mo sicut
de seto
iuliano

Quesum omps ds. ut beat pauls
apls tuu p nob imploret auxili
um. ut anris reatib absoluti. acunc
tis etia piculis eruamur. p. **Agne scdo.**

Dux q nos annua beate agne mri

Muhani epn Capp. Bndictione Coll' ad qd
Ceta sic de sco Remigio. Curo in fine lib

tue sollempnitate letificas: da ut
qm̄ ueneram̄ officio: etiā pie cōuersa
tionis seq̄mur exemplo. p. **In p̄ficiat.**

ad v.
cap.

Ecce ego mittā anḡl̄m̄ **beate marie**
meū q̄ p̄parabit uiā ante faciem
meā: et statim ueniet ad templum
suū dñator quē uos queritis: et an
gl̄s testam̄ti quē uos uultis. **colla.**

Quod q̄s domine plebem tuā: et
que extrinsec̄ annua t̄buis deuo
tione uenerari: interī assequi gr̄e
tue luce concede. p. **Indie i l. iiii. q. v.**

caplm. **E**cce ego mit: ~~ut sup̄.~~ **colla.**

Om̄ps sempit̄ne d̄s maiestātē tuā
supplices exoramus. ut sicut uni
genit̄ suū tuus hodierna die cū nr̄e
carnis substantia in templo ē p̄senta

64
tus. ita nos facias purificatis t̄ m̄tib̄
p̄sentari. *Ps. eun. Benedictio cereoz.*

Deus inestimabilis potentie cui u
nigenit̄ eū n̄ra humilitate hodi
erna die in templo ē amate p̄sentat̄.
benedicere dignare hos cereos in ho
nore nominis tui consecratos. et cōce
de p̄ intercessionē beate semp̄ uirginis
marie ut quicumq; hec luminaria tem
porali pociant̄ sospitate. atq; uic̄iq;
istorū flamma fuerit accensa īmun
doz repellat spūum falsitatē. sicq;
mereant̄ p̄frui tempali leticia. q̄te
nus obuiam sponso p̄gentes lampa
day lumine splendentes. ad nup
tias ualeant intrare cum sponso gau
dentes. *Ps. eund. ad vi. capitulum.*

phono
cui dñi
tibi ge
erit.

Ecce iam uenit plenitudo temporis. in
quo misit d's filiū suū fēm ex mulie
re factū sub lege. ut eos qui sub lege
erant redimeret. *colla.* **P**erfice in
nobis q's domine grām tuā q' iusti sy
meonis expectationē implesti. ut sic
ille mortē n̄ uidit. p̄iqm̄ xp̄m dñm
uidere mereret. ita et nos uitā obtri
neamus eternā. *Peun. Ad nonā caplm.*

Surge illuminare ierlm̄ q'a uenit
lum̄ tuū. et gl'a domini sup te
orta est. *colla.* **D**s q' salutis. *Quere i
uig. cūm cōfiois. d. Agathe v. cap. lō*

colla. **D**s q' int̄ cetera potentie tue *fitebor.*
Miracula etiā in serui fragili uic
toriam martýrū cōtulisti. concede p̄
p̄cl. ut cui natalicia colim̄. p̄ ei adre

exempla gradiam. **P. Valentini m^ris.**

P **sol.** R^a q^s om^ps d^s. ut qui beati va
lentini m^ris tui natalicia colim.
lacunetis malis imminentib⁹ ei inter
cessione liberem⁹. **P. In cathedra. s. pet^r**
adv. & ml. & adterciam. caplm.

Petrus ap^ls ihu x^pi electis adue
nis dis^ptionis ponti galatie. ca
padonie. asie. et bitunie. sedm p^rscien
tiam dⁱ patris. in scⁱficatione sp^e in
obediencia et as^ptionē sanguinis ie
su x^pi. grā uobis et pax multiplicet.

D s qui ap^lo tuo petro collatis **colla.**
clauib⁹ regni celestis. ligandi atq;
soluendi pontificiū tradidisti. cōcede
ut int^rcessionis ei auxilio. a peccator⁹ n^roy
neribus liberem⁹. **Qⁱ uiuus et r.**

Benedictionē omnium gentium *ad vi. cap.*
dedit illi dominus. et testamentum
suum confirmavit sup cap ei. *collecta.*

Patris q̄s omp̄ d̄s. ut nullis nos p̄
mittas p̄turbationib⁹ concuti. q̄s
in aplice cōfessionis p̄t̄ solidasti. p̄.

Statuit ei dominus testamentū *ad iij. cap.*
sempiternū. et dedit illi sacer
docium magnū. et beatificavit illū in

Avesto domine *collecta.* *Gloria.*

Asupplicationib⁹ nr̄is. et sp̄antes
in tua m̄ia int̄cedente beato petro a
postolo tuo celesti p̄tege benignū au

xilio. p̄. *mathe ap. oia q̄re ī nat̄ i. ap.*

Os q̄ anime *gregori pp. collecta.*
famuli tui *gregori* et̄ne beatitu
dinis p̄mia cōtulisti. concede p̄pici.

ut qui peccatorum nostrorum pondere premmimur.
ei apud te precibus sublevemur. *P. Lecta*
de uno confessoris et pontificis. Benedicti
abbatis. ad v. et ad iiii. in lau. et ad v. cap.

Dilectus a deo et hominibus. cui me-
moriam in benedictione est simile in-
fecit in gloria sanctorum. *colla.* **I**ntercessio
nos quos domine beati benedicti abbatis
commendet. ut quod nostris meritis non uale-
mus. ei patrocinio assequamur. *P. ad*

Dedit dominus confessionem *vi. capitulum.*
sancto suo. et excelsis in uerbo glorie.
de omni corde suo laudavit dominum.
et dilexit eum qui fecit illum. *colla.*

Exulta domine in ecclesia tua spiritum cui bea-
tus benedictus abbas seruuit. ut
eodem nos replente studeamus amare

Quod amavit. et ope exercere quod docuit.
iustitiam deduxit **Admonā cap. p. eisd.**

Dominus puerum rectas. et ostendit illi
regnum dei. et dedit illi scientiam sanctorum.
honestavit illum in laboribus et comple-
vit labores illi. **Colla. Sit dñe q̄s**
